di: quem in ſe meruit in humeris ſuis portare Qui.

¶ De ſancto Eraſmo oratio.

Gaude Eraſme martyr chriſti dilectiſſime: qui die dominico oblatus fuiſti: ⁊ de eo leticiã ſuſcepiſti Suſcipe hanc orationẽ pro ſalute corpis et anime mee: vt deus per ſuam maieſtatẽ: ⁊ tuam orationẽ: dignetur mihi tribuere victum ⁊ veſtitũ: longitudinem vite: ſanitatem corpis ⁊ anime: ad ſeruiendũ deo omnipotẽti. ⁊ in hora mortis mee veram cõtritionem: puram cõfeſſionem: plenariã ſatiſfactionem: et vnctionẽ ſancti olei cum bonis alijs opibus: cum recta fide. ⁊ cũ omnibus illis que deo ſunt placita: tibi ad laudem: ⁊ mihi ad conſolationẽ. Modo ſancte Eraſme: tibi commendo omne conſiliũ meum: ⁊ omnes actus meos ⁊ omnia que mihi ſubiecta ſunt in tuam ſanctam fidẽ. vt eruas me ab omnibus aduerſitatibus ⁊ a cunctis meis inimicis corporalibus ⁊ ſpirituali-

bus ꝓpter repromiſſum tibi a deo ſpe-
cialiter conceſſum. Commendoq; tibi
omnes mihi coniunctos: ⁊ pro ꝗbus
orare teneor: vt viuis cũcta in proſpe-
rum finem ſuccedant. fidelibuſq; om-
nibus defunctis eterna requies largi-
atur. Qui. ℣. Ora pro nob̄ beate Eraſ
me. Ut digni efficiamur. Orō.

Deus ꝗ nos beati Eraſmi marty
ris tui meritis ⁊ interceſſiōe letificas ꝯce
de ꝓpicius: vt ꝗ eius beneficia poſcim⁹
dona tue miſericordie ac gracie effica
citer ꝯſequamur. Per xp̄m dominum.

¶ Oratio ad decē mille martyres ⁊
ad ſanctam legionem thebeorum.

O Decem mille martyres cũ legio
ne thebeorum: glorioſi milites
precioſi martyres: qui ꝓ chriſti nomi-
ne. fuſo ſacro ſanguine. coronas perpe
tue ſuſcepiſtis leticie. Orate pro miſeris
ſedentibus in tenebris vt veſtro preca
mine: verus ſol iuſticie det nobis lu-
men gracie. ℣. Letamini in dño ⁊ ex-
ultate iuſti. ℟. Et gloriamini. Oratio.